

appulerint : Nos quidem quo opus & concordia æ arctiæ
 necitendæ , & utilitatibus mutuo promovendis tam ne-
 cessarium feliciter ad finem perducatur , è re esse duximus
 dictos nostros Plenipotentiarios ad Commerciorum
 Tractatus cum Coronâ Gallicâ , Hispaniâque aliisve con-
 cludendos speciali authoritate munire . SCIATIS igitur ,
 quod Nos fide , prudentiâ , & in rebus transigendis usu
 plurimo ac perspicaciâ Reverendi admodum in Christo
 Patris , per quam fidelis & dilecti Consiliarii nostri Joha-
 nis Episcopi Bristolensis , privati nostri Sigilli Custodis ,
 Decani Windesoriensi , & nobilissimi Ordinis nostri Pe-
 riscelidis Registrarii ; Et per quam fidelis & prædilecti
 Consanguinei & Consiliarii nostri Thomæ Comitis de
 Strafford , Vice-Comitis Wentworth de Wentworth ,
 Woodhouse & de Stainborough , Baronis de Raby ,
 Exercituum nostrorum Locum-tenantis Generalis , no-
 bilissimi Ordinis Periscelidis Equitis , & Legati nostri Ex-
 traordinarii ac Plenipotentiarii ad celsos & præpotentes
 Dominos Ordines Generales uniti Belgii plurimùm
 confisæ ; Eosdem porro nominavimus , fecimus ac con-
 stituimus , quemadmodum per præsentes nominamus ,
 facimus ac constituimus nostros veros , certos , atque in-
 dubitatos Commissarios , Procuratores & Plenipotentia-
 rios , dantes & concedentes eisdem conjunctim , vel di-
 visim , plenam & omnitudinam potestatem , facultatem ,
 autoritatemque , necnon mandatum generale pariter ac
 speciale , pro nobis & nostro nomine ad Commerciorum
 rationibus , quantum fieri potest , amicissimè utrinque
 accommodandis , cum iis qui ex parte Regis Christia-
 nissimi , Catholicive , vel aliorum , sufficienti authoritate
 instituti sint , tractandi , conveniendi , & concludendi